

rint, quantumve ad servandum
illic Leopoli reliquerint.
Pecunia vero huiusmodi, ex
dictis contributionibus
collecta, rothmagistris in sua
quaque terra electis, et non
aliis distribui debebit.

Datum in conventionione generali Piotrkoviensi, feria sexta proxima^{dv} post festum sancti Valentini^{dw}
anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto [17 II 1525], regni^{dx} nostri decimo nono. Ad
mandatum^{dy} Regiae Maiestatis proprium.

III. LITTERAE UNIVERSALES EXACTIONIS DUCILLORUM^a

Sigismundus Dei gratia ^bRex Poloniae, Magnus Dux Litwaniae, Russiae Prussiaeque etc.
dominus et haeres^b, universis et singulis principibus, tam spiritualibus, quam saecularibus,
reverendissimis et reverendis in Christo patribus, dominis archiepiscopis, episcopis, necnon
magnificis, generosis, nobiles, famatis et providis, palatinis, castellanis, capitaneis, tenutariis,
terrigenis, nobiles, officialibus et eorum vicesgerentibus, haeredibus, advocatis, scultetis,
civitatumque^c et oppidorum, tam nostrorum quam quorumcunque subditorum nostrorum magistris
civium, consulis et communitatibus, et generaliter omnibus subditis nostris, spiritualibus et
saecularibus, cuiuscumque status, conditionis et praeceminetiae existentibus, bona quaecunque, tam
spiritualia quam saecularia, civitates, oppida, villas, tabernas, possessiones et alia bona quocunque
nomine nuncupata habentibus, et signanter in terra N.^d existentibus, sincere et fidelibus nostris dilectis,
salutem et gratiam nostram regiam. Sincere et fideles nobis dilecti!

[1]. Noveritis communi omnium, tam spiritualium, quam saecularium consiliariorum nostrorum et
nuntiorum terrestrium in praesenti conventu ^ePiotrkoviensi generali^e congregatorum voto et concordi
voluntate exactionem ducillorum, quae *czopowe* dicitur, multis et arduis necessitatibus reipublicae ita
exigentibus, decretam^f esse, quae inchoari debet a festo Annuntiationis sanctae Mariae proximo [25 III
1525]¹, et continuari per integrum annum ad aliud festum Annuntiationis^g sanctae Mariae inclusive
anni millesimi quingentesimi vigesimi sexti [25 III 1526]. Exigetur autem ^hac solvi et^h exigi debebit
eadem ipsa contributio ducillorum secundum antiquam consuetudinem, modo videlicet infrascripto.

[2]. Ut quilibet cerevisiam coquens venalem, ex quibuscunque braseis fuerit eadem ipsa cerevisia
cocta, hoc est, sive brasea ipsa sint civium et dominorum, sive ex molendinisⁱ provenientia et
emensurata, sive domi facta, a quolibet vase singillatim vel coctura ipsius cerevisiae, iuxta locorum
consuetudinem antehac observatam, exactionem ipsam ducillorum in manus infrascriptorum
exactorum fideliter solvat, ita ut a maiori coctura alias *waru* plures grossi solvantur^j, et a minori
pauciores iuxta vasorum numerum et quantitatem et exactorum

^{dv} Brak w G. Sier.

^{dw} Valentini proxima MK₁, MK₂.

^{dx} regni vero MK₁, ^{dy} mandatum sacrae MK₁; *calej formuly*, ad mandatum [...] proprium brak w MK₂.

^a W tekście tym, wzorem O. Balzera, uwzględniamy odmianki zawarte w obu zapisach metrykalnych MK₁, t. 38, s. 215-218 oraz MK₂, t. 39, s. 275-277, a także w jedynym zachowanym wpisie w księgach sądowych (AGAD, G. Sier., inscripciones, t. 6, k. 163-164). Mandaty do starostów, pozostające w związku z niniejszym uniwersalem, omówił O. Balzer, t. IV-1, nr 38, s. 121-122.

^{b-b} W MK₁ i MK₂: etc.

^c civitatum MK₁.

^d W MK₁ i G. Sier. pozostawiono wolne okienko. W MK₂ dodano: et districtibus N. et N.

^{e-e} generali Piotrkowiensi MK₂.

^f decretum G. Sier.

^g Wyrz opuszczony w MK₁.

^{h-h} et solvi ac MK₁, MK₂.

ⁱ molendino MK₁, G. Sier.

^j Wyrz opuszczony w G. Sier.

¹ Czopowe, ustanowione na mocy poprzedniego uniwersału z 29-30 kwietnia 1524 r. (por. konstytucje sejmku walnego piotrkowskiego z 1523 r., nr IX), skończyło się z datą 21 stycznia 1525 r.

ordinationem, quam, ubi opus et quotiens expediens erit, nostra auctoritate facient et constituent; notariosque et custodes, tam in civitatibus et oppidis, quam etiam in villis, iuxta arbitrium suum exactores etiam ipsi deputabunt et iuramento corporali ad fidelitatem illos astringent.

[3]. Ternarii vero, more vetusto circa quemlibet grossum solvendi, pro civitatum et oppidorum reparatione conserventur.

[4]. Tabernatores vero singuli, cerevisiam coquentes, vel coctam a dominis, tam spiritualibus, quam saecularibus ad propinandum recipientes, a quolibet vase mensurae civilis teneantur^k per unum grossum in manus exactoris solvere.

[5]. Item a medio vase vini alias *pólkufek* florenus sum triginta quadrantibus solvendus.

[6]. Item a *drelink* sive Seremiensi vase vini duo floreni cum sexaginta quadrantibus solvendi.

[7]. Item a quolibet barili malmatici^l vel vini Italici unus *hort*^m cum septem ternariis solvatur.

[8]. A barili vero simplicis vini duo grossi solvantur et duo ternarii.

[9]. A medonis vase communi duo grossi cum duobus ternariis.

[10]. A cerevisia advectionis sive externa, ut Swidnicensi, Glogoviensi, Theschinensiⁿ, Bernoviensi et alia quacumque, a quolibet eius vase duo grossi.

[11]. Et quicumque non soluta prius exactione praefata cerevisiam, ^omedonem, vinum^o, malmaticum et alium quemcunque potum ex praedictis vendere et propinare in fraudem reipublicae praesumpserit, totum illud, in quo fraudem commisit seu committere voluit, irremissibiliter amittet, et ad poenam regalem solvendam, quotiens id fecerit, obligatur; capitaneusque loci in tales omnes et singulos, fraudem huiusmodi committentes, animadversionem debitam, veritate rei cognita, non habendo respectum ad quempiam, irremissibiliter exequatur.

[12]. Ad quam quidem exactionem colligendam diligenterque et fideliter exigendam in exactores constituimus N.^p, vobis omnibus et singulis, quorum interest, mandantes, quatinus^q praefatis exactoribus, sive ab eis substitutis de ipsa exactione ducillorum respondeatis et responderi^r faciatis^s. Vos vero locorum capitanei eos, qui rebelles vel negligentes erunt, et quos ipsi exactores deferent, per pignorationes solitas ad solvendas^t huiusmodi exactiones compellatis sub poenis nostris, contra negligentes capitaneos in novis et antiquis statutis descriptis². Et pro gratia nostra aliter non facturi.

Datum in conventionem^u generali Pyotrcoviensi, feria sexta proxima^v post festum sancti Valentini martyris^w anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto [17 II 1525], regni vero^x nostri^y decimo nono. ^zAd mandatum proprium Sacrae Maiestatis Regiae^z.

IV. CONSTITUTIO DE BONIS ET FUNDIS TOTIUS REGNI TAXANDIS^a

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae etc., universis et singulis principibus, tam spiritualibus quam saecularibus, reverendissimis et reverendis in Christo patribus dominis archiepiscopis,

^k tenentur *G. Sier.*

^l *WMK₂ tu i poniżej*: malmatici, malmaticum.

^m ort *MK₂*.

ⁿ Thesnensi *MK₁*, *MK₂*.

^{o-o} vinum, medonem *MK₂*.

^p *W MK₁ i G. Sier. okienko*; w *MK₂ zamiast*: in exactores constituimus N. *jest* in terra N. et districtibus N. et N. in exactores constituimus venerabilem N. et N. et generosum N. et N.

^q quatenus *MK₁*, *MK₂*.

^r respondere *G. Sier.*

^s curetis *MK₂*.

^t ad solutionem *MK₂*.

^u In conventu *MK₁*, *MK₂*.

^v *Wyraz opuszczony w MK₁*. ^w *Wyraz opuszczony w MK₁, MK₂*. ^x *Wyraz opuszczony w MK₂*. ^y nostri anno *MK₁, MK₂*.

^{z-z} Ad mandatum Regiae Maiestatis proprium *MK₂*.

^a Tytuł tego aktu w *MK₁*, t. 38, s. 386 brzmi: *Litterae universales. Skoro jednak nie o uniwersał tu idzie, a w tekście sam ów akt nazwany został konstytucją, przeto za uzasadniony przyjęliśmy tytuł, nadany przez O. Balzera (CIP, t. IV-1, nr 52, s. 180).*

² *Por. konstytucję sejmu koronacyjnego z 1507 r., nr I, nrt. 12, oraz konstytucję sejmu piotrkowskiego z 1512 r., nr II: Constitutio de officiis capitaneis incumbendis diligenter exequendis.*